

Mythologia, Venise, 1567 - IV, 09 : De Fortuna

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[39\] : De Fortuna](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre IV

[Mythologia, Francfort, 1581 - IV, 09 : De Fortuna](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre IV

[Mythologie, Paris, 1627 - IV, 10 : De Fortune](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre IV

[Mythologie, Lyon, 1612 - IV, 09 : De Fortune](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - IV, 09 : De Fortuna, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 08/08/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/843>

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4
Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 106v°-108r°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Fortune](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

DE Fortune, quæ maxime omnium Deorum in quotidianis sermonibus
nominatur, & penes quam omnes humanæ vice mutationes, omneque
facultatum & honorum, & amicitarū, & commodorum arbitrium esse
creditur, nihil neque certum, neque una multorum scriptorum voce confir-
matum habemus, nisi quod rerum omnium sit inconstantissima, neque illo
in loco diutius potest consistere. Homerus in hymno quodam in Cererem
illam fuisse Oceanī filiam innuit, & testatur Pausanias in Messeniacis, qui pro-
pe cum illam etiam cum reliquis filiabus Oceanī cum Proserpina colluden-
tibus connumeravit, quam Tychen Græci appellant, quorum carminum hęc
est sententia;

Vnū omnes vario per prata comantia flore,
Candida Leucippe, Phenoque, Electraque, Ianthe,
Melobosisque, Tyche, Ocyrhoe præsignis ocellis.

Orpheus in hymno, quem scripsit in Fortunam, illam natam fuisse è sanguine
aet in his;

Aquæ deinceps, d'ægipriæque vides ex rebus.

Sanguine pregnatæ, vi & inexpugnabile numen.

Quamvis scripsit quidam quod ante Homeri tempora nemo de Tyche men-
tionem fecit antiquior poeta, neque Hesiodus quidem, qui Deorum omniū
ortus conscripsit, de Fortune meminit omnino. Et enim recens, ut ita dixe-
rim, & Homeri inventum, Fortune, quam permuli scriptores post Homeri
tempora nobilitarunt. Nam siue ante ea tempora nominata fuit, nullum no-
men obtinuit: siue ab Homero primo, certe post eius tempora, vires assum-
psit. Hanc ferunt res humanas sorsum ac deorsum subuertere pro suo arbitrio,
hanc in singulos homines ius habere, hanc ciuitates, hanc regna, hanc
amicitias euertere cum libuerit, hanc omnia illa euerfa & iacentia erigere,
opulentia, hominumque frequentia replete, & florentissima efficere. Quare
Quid prosperum, quid ex voto, quid felix ex obscuris causis eueniat, aut
contra, quid turbulentum, moleustum, calamitosum contingat, id totum For-
tunæ tribuitur. Atque, ut uno verbo dicam, hec una rerum omnium domina
fuit existimat, ut ait Euripides in Hecuba;

Ἄγαρ τί λέπει, πειραὶ αὐτούσιν εἴηνε;
Οὐδέποτε μάλα τέλεα μετέβη πάτερ,
Φρεσκὸς δανεῖται διούλοις θεοῖς γένεται,
τοχεὶς δὲ μάλα τὰ δηρεὶς ἀντερεῖται;
Dicam τίτος τε Ιupiterne cernere?
An frustra eos inuasit illa opinio,

40 Quod vspiam sit forte demonum genus,
Fortuna cuncta cum regat mortalia?

Quamvis idem poslea poeta factus sanoris mentis, vel minus insanum per-
sonam introducens in Electra, Fortune autores & moderatores Deos intro-
duxit, illamque Deorum ministram;

Τοῦτο μὲν τόπον οὐκέπει τούτου
Διόνοι τε τούτοις, οὐτε αὖτις οὐδείν
τοῦ τούτου, τοῦ τούτου οὐδείποτε.
Deos putato Electra fortunæ prius

Itius autores fuisse, posse

Laudato Fortunæ ministram me,& Deum

Scriptum reliquit Pausanias in Achaicis Fortunam unam esse à Parcis, quæ potentia cæteras sorores antecellere, quare & Orpheus illi yniuersitate humanæ potestatem & administrationem ita tribuit;

Ez az összes füzetet összegyűjtöttük, s így a

Ipsa regis variam mortalem numine vicam.

Cum de illa mentionem fecisset Homerus, non tamen tantum autoritatis potentiaeque tribuit, quantum posterorum plerique, quippe cum Diis ceteris propria officia concessisset. Sequentibus postea temporibus quidquid fieret, cuius causa esset occulta, illud Fortunæ imputari cœpit: quare Plut. in libello de fortuna Romanorum multa cognomina ab euentu illi indita suffice memorat. Illud autem idcirco contigit, quia multa sunt fortuna sapientis persimilia, ut est apud Athenæ in carminibus Ionis, quæ ibi ita Latina fecimus; Longissimè a sapientia Fortis dissidet:

Sed multa perficit tamen simillima.

Theognis omnium bonorum & malorum, diuitiarumque & paupertatis auctorem Iouem esse credidit, quamvis illa tam preclara fortunę Orph.tribuit; quare videtur Theognis nullam esse fortunam in his existimasse;

«Ահաս յօւ ոկտոբեր, մԱհամ» ամեն չ չիր».

Jupiter hue illuc interdum pondera flectit.
Nunc dat diuitias, nunc dat habere nihil.

Quare preclare scriptum est à Iuuenale itulite inter Deos collocatam fuisse Fortunam. Nam si prudentia potius, quam temeritate quadam & excitate mentis res humanæ gubernarentur, oblitesceret penitus è mentibus hominum fortunæ nomen; fieretque sibi quisque illa fortuna, quam sibi parasset, ut nos in epistola quadam scriplimus, quam metto compolicam ad singulis-
tum prudentiæ & probitatis, tum etiam scientiæ vitum clarissimum Se-
natorum Venetum Petrum Sanutum, quem ob singulare animi sui dotes fa-
cile principem fuit ciuitatis ausus dicere misimus. 30

Aus tam occulta via est prudenter & alia: suetum

Ys fala fit neira Deia setien: eanione

Era habens certa venenae somnia orde-

**Aut si nulla regit mentes vis & theris alti , &
Ingenium sit cuique suum Fortuna ; miselli
Erramus cœci terra caligine metu .**

Nec quidquam rectum certa ratione, modoq;

Cogamus, velut in tenebris erramus; & ipsa

Inscitia à nobis factorum creditur ordo.

Deteriora capi contingit, ac optima ferdent.

Candida nigrescunt, nigrantiaq; alba videntur.

tia mentibus hominum infidet, sapienti illi adm

**Nullum numen abest, si sit prudentia; sed te
Non facio, sed tu facio.**

Nos facimus fortuna Deam, cæloq; locamus.
Sapientissimè igitur Bupalus, opinionem hominum securus, ve est in Messeniacis Pausanix, ædificandis templis, singendisq; simulachris ingeniosius ac solers. Fortune signum aoud Smirnicoz omnium antiquorum primus effun-

Mythologiarum.

xit; culus capiti polum imposuit, cum altera manu vorata Amalthea cornu teneret. Neque aliud Archilochus significare voluit, qui anum dextra flamas, at sinistra manu aquam gestantem effinxerit, nisi fortunam eandem bonorum & malorum cellariam; quaque donet felicitatem, eandem & calamitates afficeret. Nam cum perdisse, & omni flagitorum genere contaminatis hominibus facultates plerunque obueniant, multique viri boni sunt inopes. Fortuna cœca, & inconsiderata, & inconsolans, & ebria ac titubans dicta est, ut patet ex his apud Ouid. in lib. 1. de Ponto;

10 Passibus ambiguis Fortuna volubilis errat,
Et manet in nullo firmata, tenua xqj loco.

Sic etiam Palladas inquit in his carminibus;

se' Aigas, se' nunc dñe vix, sup' nunc l'c' vix
se' illas dñe, os poduas rupi'ne.
p' dñas t'c' dñas j'c' n. p' dñas dñas
d'n'c' i'c' dñas r'c' dñas dñas

Improba non nouit leges Fortuna, modumque,

Sed semper, quo fert impetus, illa ruit.

Ille odit plerunque honos, blanditur iniquis.

Et monilitat que sunt robora fluitat.

20 Quia de causa fuit existimata a poetis super rotam quadam perpetuo circumvolvi; ita ut nunquam in eodem loco diutius persistet, ut in eo versu significasset Tibullus in primo Elegiarum;

Versatur celeri Fons leuis orbe rotu:

Et Quid. secundo de Ponto;

Scilicet indignum iuuenum rarissime ducis

Te fieri comitem stantis in orbe Dex.

Quod ideo factum est, qm nō solū ea, q̄ bona hoium sunt, p'siduē subuerteretur;

verum etiam quia consiliorum incerta est ratio, cū multa sint que nullo pacto prævidere possumus, ut nos in quadam epistola lusimus his versibus; quā

30 ad clarissimum & integerimum Caufidicunt singularisq; eruditio[n]is & integritatis virum Philippum Tertium cognomine aliquando misimus.

Nondum onerata ratis cum flaret vincula sereno

Ae' hene, & infani tacit' è pellacis ponti

Alliceret puppes, quoties restinacula nautas

Inuitos renuerere, suis vbi compedis arcta

Demeret Hippotades rapidis iam vincula ventis?

At contraria, quoties qui vincula frementibus undis

Soluerunt, vastum nimbis tollentibus æquor,

Mitia pacatis sulcarunt alta procellis?

40 Hanc Deam cum cœcam fixisset antiqui in curru vehi solitam dixerunt, qui ab equis cœcis trahebatur, ut ait Ouid in epistola ad Liuiam;

Fortuna arbitris tempus dispensat vbiq;

Illa rapit iuenerit, corripit illa, senes.

Quād, ruit, furibunda ruit, totum q; per orbem

Fulminat; & cœcis cœs triumphat equis.

Nullus est omnium Deorum, qui tot conuictis, tot lamentationes, tot querelas mortalium in se audiat: quam ab hominibus tanquam scopum cōsumillarum, ne de diuina administratione tam nefarē pro fluitatia nostra queratur

remur, introductam fuisse iudico. Hanc cecam, hanc stultam, hanc temerariam, hanc leuisimam, hanc amentium parentem, hanc bonorum nouercam appellarunt. Huic pro bene acceptis pertarx sunt gratiarum actiones, at frequentissime pro calamitatibus consumelit & obiurgationes. Hoc eadem tantum exultationis, tantumq; imperium ab Homeri temporibus accepit, ut Iupiter de celo ab ea prope fuerit dectrus, omnemque rerum administrationem & sceptrum ipsam è manibus illa loci prope extorserit, sicut crediderunt insuli homines. Atque ut summatis dicam, nulla alia de causa excogitatum fuisse Fortune nomine ab antiquis crediderim, nisi ut hominum lamentationes à summi Dei cogitatione ad inane nomen, & ad numen quod nulquam existet, diverterent. Nam cum quid aduersum accidit, illud diuino consilio evenire conlat, cum omnia à Deo prouentiant. Quod si homines omnes sapientes essent, facile cù eo viro optimo dicerent, si bona de manu domini accepimus, quare non & mala sustineamus; et quoniā pauci sunt sapientes, cù pro acceptis malis doleamus, non ne præstat de vano nomine Fortune, q; de diuina prouidentia queridat de Fortune sati, nunc de Apolline dicamus.

De Apolline.

Cap. X.

Fuit Apollo, ut diximus, Latonæ Iouisque filius, siquidem Latona à Iove compressa uno partu Apollinem & Dianam peperit, ut ait Hesiodus in Theogoniz;

Apollo dñe latona qd apollo dñe latona,
In pueris tñm omni pueris cõparatur,
Pueris dñe, ab aliis dñe qd latona pueris.

At Phœbus peperit, peperit Latona Dianam.
Pignora cunctorum quæ sunt clarissima diuum,
Celicolum regi magno coniuncta tonanti.

Quare Apollo itz gloriatur apud Ouid. se ē lout natum esse;
mihi Delphica tellus;

Et claros, & Tenedos, Panopæaque regia seruit.
Iupiter eis genitor.

Herodotus autem in Euterpe non Iouis, at Dionyssi filios fuisse Apollinem & Dianam scribit in his; Διονύσου δὲ τοις απόλλεις οὐδενός εἰσιν. Απόλλων δέ τοις απόλλεις, οὐδενός εἰσιν. Apollinem ac Dianam Dionysii & Iidis filios esse aiunt; Latonamque illorum fuisse nutricem, cum illos seruauerit. Nam Latona cum esset una ex octo Diis Aegyptiorum, à Cere depositum apud se Apollinem seruauit, cum in insula Flote sive natante ab impetu Typhonis Otridis filios querentia protexisset. Iros filios qui Latonæ attribuunt, in Delo peperisse dicunt, ut tellatur Cicero in actione 3. in Verrem. Polridie cum spoliatum fanum viderent ii, qui Delam incolebant, grauiter ferebant: eis enim tanca apud eos eius fani religio, ut in eo loco ipsum Apollinem natum esse arbitrentur. Atque Homerus hymnographus in Delo palme arborem fuisse iacuit, quæ ostendebatur, cui innixa Latona Apollinem peperit, ut est in his;

καὶ τὴν ἀρπὰν παρέθει περ, τῷ μέτρῳ ὅργει.

Ἄργει τῷ σπηλαιῶν Καίνοντι πάτερ.

In monte excelso deflexa, in vertice Cynthi,

Inopi